



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Forma apostolorum reuerentialium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

pellantem a meo iudicio dimitto et ad eiusdez. v. s. examen his litteris dirigo sibi litteris huiusmodi sigillo meo sigillatas concedes in testimonium pmissorum Datum etc. Et hoc cum appellatum est ad papam si vero appellatum est ad inferiorem puta ad episcopum vel archiepiscopum scribatur sub eadem forma verbis competentibus mutatis dicendo. Reuerendo vel reuerentissimo etc. Aliqui vero non dirigunt superiori sed scribunt vniuersis. Aliqui breuiter expediendo dicunt ad appellatorem verbo vel in cedula nuda scribunt in hec verba vel similia. Quia tu a me appellasti a tali sententia mea diffinitiva vel interlocutoria ideo ab obseruatione mei iudicii his apostolis te remitto et ad eius examen ad quem appellasti dirigo. Et si voluerit sibi statuere terminum sit ille trium vel quattuor mensium spacium vel die talez statuo pro termino ad iter arripendum pro appellationis tue prosecutione facienda vel ad presentandum te conspectui sedis apostolice vel alterius superioris ad quem appellasti.

Forma apostolorum reuerentialium

Forma apostolorum reuerentialium potest esse talis. Sanctissimo vel reuerentissimo etc. ut supra. Talis actor vel talis reus in tali causa que inter ipsum ex vna et talis parte ex altera de et super tali re vel eius occasione iudicio coram me vertebatur a sententia diffinitiva vel interlocutoria etc. ad sanctitatem vel reuerentiam vestram appellauit et quous appellatio sua michi frivola videbatur tamen ob reuerentiam vestram eidez sue defero appellationi: statuendo sibi terminum etc.

m. lxx